



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLXXXIII. Der Bischof Johann bestätigt die Stiftung einer neuen Messe und eine Schenkung an die Katharinenkirche in der Neustadt Brandenburg, am 30. April 1322.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CLXXXII. Der Herzog Rudolph von Sachsen verkauft dem Domcapitel ein Stück der Havel mit den Wenden auf dem Riez zu Brandenburg, am 19. Aug. 1321.

— Rudolphus, dei gratia dux Saxonie, Angharie, Westphalie, Comes in Bren et Burchgravius in Magdeburch — nos de maturo virorum discretorum consilio ecclesie sancti Petri in Brandeburch dimisimus et per presentes iusto venditionis titulo dimittimus aquam Obule a loco, qui dicitur Vurstedde usque ad novam civitatem Brandeburch cum omnibus gurgustis, que proprie dicuntur Were, contentis in predicte aque decursu, cum piscationibus et censu annali de hiis proveniente et hoc in denariis et anguillis et cum Slavis morantibus a dextris in vico, qui dicitur Kitz, cum itur de claustro ad novam civitatem Brandeburch, cum eorum censu videlicet denariorum et pullorum, eo jure et libertate, sicut nos omnia predicta dignoscimur habuisse, pro pecunia speciali, quam nobis honorabilis vir dominus Johannes, jam dicte ecclesie prepositus, solvit integraliter et complete, Proprietatem nichilominus omnium premissorum damus et donamus predicte ecclesie Brandeburgenfi in presentibus pacifice et perpetue possidendam et honorabilem virum dominum Johannem prepositum predictum nomine sue ecclesie per nostrum nuntium in possessionem predictorum induci fecimus corporalem. Ut hec autem nostra venditio et proprietatis donatio a nostris non infringatur successoribus et nulli de ea in posterum aliquod oriatur dubium, presentes litteras cum testium subscriptione conferibi iussimus et munimine nostri sigilli fecimus firmiter roborari. Testes hujus rei sunt: dominus Nicolaus prepositus in Bernowe, Albertus de Alvensleve, Hinricus de Rochowe, Thidericus Greptitz, Hermannus de Wolkowe, milites nostri, Thidericus noster prothonotarius, et quam plures alii fide digni. Datum in villa Schonebeke, anno domini millesimo tricentesimo vicesimo primo, feria quarta ante assumptionem virginis.

Nach dem Original.

CLXXXIII. Der Bischof Johann bestätigt die Stiftung einer neuen Messe und eine Schenkung an die Katharinenkirche in der Neustadt Brandenburg, am 30. April 1322.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Joannes, dei gratia Brandeburgenfis episcopus omnibus in perpetuum. Ea, qua geruntur, si ad laudem dei referuntur, a radice bone voluntatis creduntur processisse etc. — Hinc est, quod, domino inspirante, discretus vir, Nicolaus de Lapidea Domo, civis nove civitatis Brandeb. resignavit ac donavit domino Christiano, ejusdem civitatis plebano et suis successoribus in perpetuum octo talenta Brandeburgenfium denariorum, minus VI solidis, in theloneo dicte civitatis tollenda, scilicet medietatem in festo beati Martini confessoris et aliam medietatem in festo purificationis beate Marie, virginis gloriose, et III choros salis, quos omni tempore potest tollere, cum sibi sit necesse. Cui donationi ac resignationi illustris princeps, dominus Rudolphus, dux Saxonie, dominus dicte civitatis ac ecclesie, pia viscera adhibens proprietatem dictorum bonorum pure propter deum donavit, ut una missa pro salute anime sue et animarum suorum progenitorum ac Nicolai de Lapidea Domo et suarum uxorum ac progenitorum suorum et dicti Christiani plebani, ordinationem procurantis, ac suorum progenitorum in ecclesia parochiali Brandeburgenfi omni die jugiter observetur,

et ut ipsi participes fiant omnium honorum, que ibidem in dicta ecclesia in perpetuum fieri dignabitur clementia salvatoris. Insuper confules dicte civitatis Brandenburgensis donaverunt dicto domino Christiano plebano, duos mansos, jacentes in Stenowe, cum omni jure et proprietate, ipsos exonerantes ab onere decimarum in restaurum et refusionem decimarum, que sibi cedere possent de agris ad dictam ecclesiam pertinentibus nunc et semper, Et ut ipsi suis propriis expensis unam missam habere possint apud sanctum Spiritum, quomodo sacerdoti placet ibidem moranti, dum talis sit hora, quod non fiat ecclesie parochiali nocumentum. Nos itaque donationes predictas rite factas sollicita consideratione pensantes commendamus et eas tanquam legitimas approbamus. Et ut voluntates donantium intentum finem et optatum forciantur effectum, auctoritate dei omnipotentis et beatorum apostolorum ejus, Petri et Pauli, ac nostra, qua fungimur, discretorum usi consiliis, in nomine dei incorporamus predicte ecclesie parochiali Brandenburgensi et in perpetuum confirmamus donationes supra dictas. Datum Brandenburg anno domini MCCCXXII. quinta feria proxima ante dominicam Jubilate.

Nach der Copie im Ältern Copialbuche.

CLXXXIV. Der Herzog Rudolph von Sachsen schenkt dem Domcapitel das Dorf Guten-
Paaren, am 5. April 1323.

— Rudolphus, dei gratia dux Saxonie — ecclesie sancti Petri in castro Brandeburch ac honorabili viro domino Johanni preposito ibidem totique conventui suo villam nostram dictam Parne cum tota ipsius proprietate ac proprietatem cum tota villa predicta cum supremo judicio et infimo cum omni jure et utilitate tam in villa quam in campis cum censu et redditibus suis annuis ac cum usufructibus cum omni precaria et servitio seu servitutis jugo, cum lignis, pratis, pascuis, aquis et aquarum decursibus pariter et virgultis, nobis et nostris successoribus in ea nichil juris reservantes, damus et donamus, dedimus et donavimus pacifice et tranquille perpetuo possidendam. — Testes hujus donationis sunt: dominus Nicolaus prepositus in Bernowe, Hinricus de Alvensleve, Hinze de Warmstorph, Lofere, Busse de Mylowe, Ebele de Brifik, milites nostri, Thydéricus noster prothonotarius, Nicolaus plebanus in Luckowe, noster cappellanus, et quam plures alii fide digni. Datum Spandowe, anno domini millesimo tricentesimo vicesimo tertio, feria tertia post dominicam Quasimodogeniti.

Nach dem Original.

CLXXXV. Der Herzog Rudolph von Sachsen schenkt dem Domcapitel eine jährliche Geld-
rente aus Tremmen und Zachow, am 26. Oct. 1323.

— Rudolphus, dei gratia dux Saxonie etc. — ob omnipotentis dei reverentiam et ejus matris Marie virginis gloriose et in nostrorum remedium peccatorum ecclesie sancti Petri in Brandeburch ac honorabili viro domino Johanni ibidem preposito et toti conventui proprietatem quatuor talentorum denariorum Brandenburgensium sive quatuor frustorum in censuali precaria villarum

Hauptst. I. Bd. VIII.

29